

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio s
cum fonte primo

Iniustus quisque
eo atrocius in tormentis obruitur quo
altius in peccatis eleuatur, transit
quod extollitur, permanet quod punitur.
Quia honoratur in uia, in peruentione
dampnabitur; et quasi per amena prata
ad carcerem peruenit qui per presentis
uite prospera ad interitum tendit.

Gregorius libro VI. moralium.

Pulchritudinem quippe stulti maledicere,
est eius gloriam ex considerata
damnatione iudicare quia
eo atrocius in tormentis obruitur, quo
altius in peccatis eleuatur, quia transit
quod extollitur, permanet quod punitur.
Quia honoratur in uia, in peruentione
dampnabitur. Et quasi per amoena prata
ad carcerem peruenit qui per praesentis
uitae prospera ad interitum tendit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 6, 6
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.288-9,
ll.23-29).